



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joan. Baptistæ Santolii Canonici Regularis Victorini  
Carmina Selecta**

**Santeul, Jean de**

**[S.l.], 1679**

Incendium Londinense.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13401**

# INCENDIUM LONDINENSE:

**I**NCLYTA sit arsit quondam Ilios, Ilios illa!  
 Quæ Reges non ausa, suos nec lædere Divos.  
 Quam vastú est Londinum ardet, data præda favillis:  
 Et probat æquales, meruit quas justius, iras.  
 Admisit quid non audendo! immania plusquam  
 Cœpta, quibus faciles nequeant ignoscere Divi.  
 Tale nihil vidit Solis jubar; ipsaque quondam  
 Credere posteritas monstrum averfata negabit.  
 Impatiens dudum, & lentæ sibi conscius iræ,  
 Culpatus toties pœnas dum tardat Olympus,  
 Se tandem absolvit, scelerum justissimus ultor.  
 Sera venit, crescitque suo gravis ordine pœna.  
 Sævitur prima lues: bella insuper: ultima lustrat  
 Flamma, quod Oceanus non eluat omnibus undis.